

Distinctio IX unter Nr. CLXXV den lateinischen Text, welcher die Grundlage des deutschen Gedichtes bildet. Ich drucke das Stück aus meinem Exemplar (Hagenaw per industrium Henricum Gran, inibi incolam, impensis circumspecti viri Joannis Rynman de Oringaw. Anno salutis nostre MCCCCCXIX. XXI. die mensis Februarii) hier ab und füge hinzu, was die Vergleichung mit der Grazer Handschrift Nr. 1070 (Quart, Papier, 15. Jahrh., 159 Blätter, aus der Sammlung des bekannten Frater Clemens Hewraus von Uebelbach nach dem obersteirischen Kloster St. Lambrecht gekommen) f. 37^b—41^a ergeben hat.

Anno Domini nongentesimo quadragesimo, Ottone tertio imperante, apud Partenopolim, id est Magdeburch in Saxonia, contigit prodigium terribile nimis et a seculis inauditum. quod quemadmodum factum sit, stilo veraci referam, ut omnibus
 5 innotescat, quam malum et quam dampnabile sit in statu prelationis vivere turpiter et patrimonium Christi, res videlicet ecclesie, injuste distrahere et scandalorum fetoribus subditos corrumpere et moniales dicatas ausu temerario violare. in pre-
 dicta igitur urbe scholaris quidam, nomine Udo, liberalibus
 10 litteris insudabat. qui cum esset inertis ingenii, nihil omnino proficere poterat, quantumcunque a magistris verberibus torquebatur. quadam autem vice post enormes plagas de scholis exiens, ecclesiam majorem, ad honorem sancti Mauricii socio-
 rumque ejus magnifice fabricatam, intravit. ibi cum ingenti
 15 devotione se prosternens regine celi clementiam et sancti Mauricii patrocinium pro illuminatione sui ingenii imploravit. at ipse in prece positus aliquantulum obdormivit. cui protinus mater misericordie apparens dixit: ‚audivi orationem tuam et vidi afflictionem tuam. et ecce non solum scientie munus tibi
 20 tribuo, immo etiam post mortem episcopi, qui nunc preest, ecclesiam principis mei Mauricii tue fidelitati recommendo. quam si bene rexeris, premium grande consequeris; si autem male, in anima et corpore morieris‘. et his dictis beata virgo Maria disparuit et juvenis evigilans scholas more solito repetivit.

1 quinquagesimo *Hs.* 2 Meydenburg *Dr.* (*Ueber die ältesten Formen des Namens der Stadt vgl. II. Holstein, Magdeb. Geschl. 21 [1886], 355—364.*)
 10 ingenii et nihil *Hs.* 11 torqueretur *Dr.* 16 ac ipse *Hs.* 19 tibi
 fehlt *Dr.* 22 sin autem *Hs.* 23 beata Maria fehlt *Hs.*